obtinet, vobisque ad praefata bannitionis terminare et in eodem Districtu ban
nire, Attentaque bannitione in certa aliorum Districtum ubi bona
supradicti Drohoiowski consistunt, Decretum Bannitionis inscribi, Quo
Decreto Bannitionis Capitaneis illorum Districtuum ubi bona iisdem
Drohoiowski consistunt, vobis tradebuntur executioni, Ultimam
Drohoiowski consistunt, vigore Statutorum Regni super ipso Drohoiowski, Successoribus
bonisque suis omnibus habitis et habendis facere et exequi ipsique parti
succumbenti et Successoribus bona praefata propria tradere. Quibus
quidem omnibus in praesenti Inscriptione contentis idem recognoscens sibi
et Successoribus de bonis suis omnibus inscribit non contradictum
ymo debitam rationem promissorum non completorum ad bannitionem tam sibi
Successoribus suis fuit. Nulla remedia iuris contra praemissa iudiciorum
in locum dicendi sibi suisque Successoribus relinquit, Sublationem ban
nitionis apud Sacram Maiestatem Regiam non expetendam neque ad ulla pu
blicam accitam, imo ad promissa omnia suprascripta sic in praesenti
Inscriptione contenta et descripta spontanee consensit, ac omnibus
Inscriptionibus praesentis in se Successores suos ac bona sua omnia he
reditaria et obligatoria Mobillia et Immobillia in quibuscunque
Terris et Districtibus Regni Poloniae consistentia habita et ha
benda possessaque et possidenda laeto animo suscepit et assumit. Im
quo autem ipse solus Successoresque sui ac bona sua suprascripta
scripta non erit ac erunt liberi et absoluti donec Inscriptioni prae
senti in toto et in minima parte satisfactum erit, cui vadio
et pluribus supranominatis solutis satisfacere tenebuntur quoniam opus fuit
tunc et Successores sui tenebuntur. Et hoc a iure communi Regni
Statutisque et Constitutionibus eiusdem circa eiusque privata nisi Suc
cessores ac bona sua omnia suprascripta assumens et subiiciens Inscriptionis
praesentis vigore. Nulla in promissionibus Inscriptioni Terrae obstantibus.

Drohoiowski et Kraliczki recedit ab Intercisa

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca
pitanealibus Premisliensibus Generosi Martinus Krasicki de Sieg
niowice Tribunus Terrae Premisliensis ab una et Kilianus Drohoiowski de
Drohoiow partibus ab altera, foro et iurisdictione quolibet suo proprio
competentique renunciando, et a Terris Districtibus ac iuribus suis rece
dentes, Utrique sibi ac Successoribus bonisque suis omnibus iurisdictioni
huic Castrensi Premisliensi in toto quo ad hunc actum attinet incorporando
et immiscendo sanamente et corpore existentes publice palam atque
expresse recognoverunt, quodlibet illorum pro interesse suo recognoscunt,
Quia ab Inscriptione Castrensi Premisliensi qua sibi et Successoribus
in bonis suis hereditariis obligaverant et inscripserant Intercisam
sua contractus certi inter se mutuo conscripti Sigillis illorum
ac Generosi Joannis Thomae Drohoiowski de Drohoiow Capitanei Pre
misliensis obsignati manibusque propriis eorum subscripti tenere
complere exequi sub vadio quinque millium florenorum pecuniae mon
etae polonicae mutuo et invicem recedunt perpetuis ac diuturnis tempo
ribus Inscriptionemque eandem Castrensem Premisliensem ac hanc eorum praefatam
a qua etiam hic mutuo recedunt cum omnibus eiusdem Conditionibus
punctis clausulis et articulis cassant annihilant mortificant
obliterant perpetue et in eandem sibi et Successoribus suis rationem
promissorum perpetuum imponendo silentium.

Iidem Intercisam tenere se inscribunt

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitaneal[illegible] Premisliensibus Generosi Martinus Krasicki de Siegr
zyn Tribunus Terrae Premisliensis ab una et Kilianus Drohoiowski de Droho: